

Rome, 18 nov. 1614. Bellarmin à l'Abbé de St. Hubert O.S.B.

1497  
1597

Admodum R. D. Abba.

Non respondi hactenus ad litteras R.P.V. quoniam, qui eas mihi dederunt, et quibus obtuli operam meam, si qua in re necessaria esset, non amplius ad me redierunt; si forte redeant, et opera mea opus <sup>5</sup> habeant, non permittam, ut frustra me interpellent; ego enim nihil magis cupio, quam Reformationes Monasteriorum et totius Ecclesiae. Itaque laudo consilium R.P.V., cujus erit merces apud Dominum magna nimis, et de me R.P.V. omnia sibi polliceatur, quae de quocumque intimo familiari suo sibi polliceri posset. His valeat R.P.V. mei <sup>10</sup> memor in sanctis precibus suis. Datum Romae die 18 Novembris 1614.

Admodum R.P.V.

uti frater addictissimus

Robertus Cardinalis Bellarminus.

Post has litteras scriptas, dum quaero per quam viam illas mit-  
<sup>15</sup> tam, rogatus sum ab Agente, ut porrigerem S/mo Pontifici libellum supplicem pro Brevi Apostolico, quod statim feci, et S. Sanctitas laudavit propositum vestrum et jussit expediri Breve.

---

D'après un Ms. de la Bibl. de Namur dans Revue Bénédictine t. XIII  
(1896) p. 261. Cfr. la lettre précédente.

copie de la lettre de l'abbé de St. Hubert à Bellarmin

(Bibliothèque de la Revue Bénédictine t. XIII, 1896, pp. 261-262)

Bibliothèque de la Revue Bénédictine t. XIII, 1896, pp. 261-262